Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Epicedium Beatissimis Manibus Viri ... Dn. Johannis Ab Asselen, Civitatis Oldenburgensis Consulis ...

Gleim, Johannes Christoph

Oldenburgi, [1708?]

VD18 13158023

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-20448

Visual Library

112.

EPICEDIUM

BEATISSI… …US

V…

Amplisſim…

Con…

DN. JOH… …NIS

AB AS…

Civitatis Olde… …ſulis

opt…

Ad diem 28…

pi…

die 12. Aprilis vero … …onis,

maximaque Civiu… …ti,

co…

Cliente…

Johanne Chr… …io,

Scholæ Ol…



Oldenburgi, Typis Jacobi Nicolai Adleri, Regis Danorum privilegiarii Typographi.

Landesbibliothek Oldenburg

CArmine tentabam lacrymoſæ promere mortis
Fata, quibus nobis CONSUL ademtus erat.
Sed ſtupor inſedit menti, & torpore gravata
Longè imperfectum dextra reliquit opus.
Cynthius ipſe aurem vellens mihi, deſine, dixit;
Quippe tua eſt tanto Muſa dolore minor.
Quid cupis hic miſeros verbis æquare dolores,
Cum tantum lacrymæ pondera vocis habent?
In numeris jam non medicina paranda ſoniſque,
Si gemitus numero; fine querela caret.
Caſtalis unda nihil prodeſt, ſi flebilis imber,
Singultû mixtus, cuilibet ora rigat.
Contuſum pectus, trepidantià membra timore,
Turbati crines, pallor in ore ſedens,
Ad terram vergens caput, & ſqualor, tenebræque
Sat manifeſta ſui ſigna doloris habent.
Is, qui Defuncto FRATERNO junctus AMORE,
Largiter effuſis imbribus ora rigat,
CONJUX lamentis utitur, flent PIGNORA cara.
Inque domo lacrymas angulus omnis habet.
Illa VIRUM; hæc PATREM lugubri voce requirunt.
Hinc nil proficiens noſtra taceto chelys.
Adſpice! quam variis cruciet ſe CURIA curis,
Dum CAPUT in ſolito cernit abeſſe loco.
Adſpice! quos leſſus triſtiſſima PATRIA fundat,
Quantus & affligat, TEMPLA, SCHOLASQUE dolor,
Attoniti hoc caſu ducunt ſuſpiria CIVES,
Et lacrymis jungunt talia verba ſuis.

Hei!